

aliter, & secundo quod si in quæren. possessione requiritur Actus naturalis de ipso metiure primæuo naturali argumento tex. in l. 1. ff. de acquir. possess. quod quidem ius sequitur & imitatur ius nostrum ciuale posituum, sed in amittenda possessione non requiritur de iure illo naturali aliquis actus corporeus nec solennitas inuenta, ideo de iure ciuili posituo sufficit solus animus & voluntas, sine actu corporeo vel aliter, & tertio in quærenda possessione ideo requiritur actus corporeus & maior solemnitas: quia agitur & agi potest de præiudicio tertij in amittenda vero possessione solū agitur de præiudicio ipsius possessoris.

* Ad numer. IIII. ibi.) Possessio ipso iure sine aliquo actu apprehensiuo possessionis, &c. De hac possessione plura scripsere Berengarius in §. nihil commune c. 1. numer 24. Segura in l. quemadmodum num. 8. ff. de acq. possess.

* Ad numer. IIII. ibi.) Teneo pro vera & resolutiua sententia, &c. Quam etiam tenet Gomez Arias hic, numero 7. & 8. hanc dicens communem Couarruias, libro 3. variarum cap. 5. numer. 6. vtsic. cæterum, Suarez in l. s. titul. de las herencias, libr. 3. numero 15. & pluribus sequentibus Cassanæus, in consuetudinibus Burgundiæ rubr. 7. §. 1. charta 237. colum. numero 15. vbi plures casus enumerat, vbi possessio absque apprehensione transfertur Greg. in l. 6. gl. penult. titulo 30. part. 3. Perez ad Seguram in l. quemadmodum numero 103. ff. de acquirenda possessione, vbi alias plures casus congerit Molinæus libr. 3. de primogenijs capit. 12. numero 15. & 19. Matiençus alias plures allegans, in l. 8. titulo 7. libro 5. glossa 1. numero 5. Menchaca de success. creat. §. 21. numer. 109. & controuer. illustrum. cap. 57. num. 25. Castillus hic, num. 21. Cifuentes num. 33.

* Ad numer. IIII. ibi.) Vocatur ciuilissima secundum Baldum in d. l. fin. &c. Ita vocari testatur Tiraquellus plures referens, in tractat. de morte in præfatione declaratio- ne 7. num. 3. & 11. vbi ciuilissimam recte appellari probat hæc possessionem: quia iuris ciuilis ministerio sine artificio nulloque actu interueniente, vero vel æquipollenti, sed sola legis statuti vel consuetudinis dispo-

sitione transfertur Ripa id recte explicans in rubr. ex. de caus. poss. & propriet. numero 23. & 24. Molina de primogenijs libro 3. cap. 12. num. 13.

* Ad numerum III. ibi.) Ut illa possessio sit vera & propria & operetur omnes illos effectus, &c. Idem probat Tiraquellus in tractat. de morte 5. part. declarat. 1. & melius in libr. de constituto 1. part. ampliat. 1. Menchaca, de success. creat. §. 21. numero 110. Matiençus in rubr. titulo 1. gl. 1. numero 119. & in l. s. tit. 7. libro 5. glossa 1. num. 10.

* Ad numerum IIII. ibi.) Quarto in tan- tum procedit ista lex, vt habeat locum et iam si successor maioratus sit absens, &c. Idem tenet Molina de primogenijs cap. 12. num. 24. Tiraquellus de morte 2. part. de- clarat. 17. num. 4. & dominus meus latius in numero sequenti, vbi pluribus vrgentissimisq; fundamentis id procedere probat, quo fit ut necessarium non sit requisitum à Palacios Rubeus hic desideratum, vt scilicet probare teneatur his qui prætendit in se translatam ipso iure possessionem bonorum maioræ vocatum esse absque villa du- bitatione ad maioratum post mortem pos- sessoris, de quo plene ac integre constare debere ait. verum cum lex semper sit certa de vero successore statimq; mortuo posse- sse transeat possessio in eum, qui vere vo- catus est, licet ipse ignoret esse vocatū vel prædecessorem mortuum: necesse non est ab ipso id probari, vt docte animaduertit Matiençus in l. s. tit. 7. lib. 5. gl. 4. per totā, sed contrariam sententiam scilicet suc- forem maioratus probare teneri verum es- se successorem à primo institutore vocatū, & ex natura primogenij à lege admissum prius quam possessio in ipsum transferatur tenet Palacios hic num. 2. Gregorius in l. 7. titul. 4. part. 5. verbo; possession Mieres in tractatu maioratum. 3 par. quæst. 20. per totam, & his non relatis Molina lib. 3. cap. 13. num. 12. & 13. Velazquez de Auendano, hic glossa s. num. 8. & 9. vbi eum voca- tum ad successionē maioratus, dicit ut pos- sessio huius legis ei cōpetat affirmat illum cuius vocatio aut institutio ex conjecturis deducitur, idemq; testatur Molina libro 3. cap. 13. num. 43.

* Ad numerum IIII. ibi.) Etiam possessio prædi-